

Aduertencias para

dam, nisi ubi constat de voluntate conceden-
tis : præcipue cum hoc sit beneficium princi-
pis, & per consequens latè interpretandum.
Vnde etiam si à Sede Apostolica sit aliquod
priuilegium concessum Societati, ita vt ali-
is religiosis aliorum Ordinum minime com-
municetur, cum successores Summi Pontifi-
ces, ea priuilegia sine aliqua limitatione ali-
quibus ordinibus communicauerint, cum quibus
communicant mendicantes : clarum est
ipsum mendicantes priuilegiis Societatis I E
S V modo sine aliqua limitatione uti posse.
Hæc ille.

¶ Religiosi etiam de la Merced, licet nō sint
mendicantes, gaudent tamen priuilegiis con-
cessis & concedendis Ordinibus mendicanti-
bus, & aliis non mendicantibus, vt patet per
Leonem. 10. Clem. 7. & Sixtum. 5. De quo
frater Emanuel art. 12.

¶ 3. est aduertendum, qd hæc communicatio
priuilegiorum quam ad inuicem habent ordi-
nes mendicantium intelligitur respectiue, sci-
licet applicādo singula singulis, hoc est, vt pri-
uilegiis concessis Magistro ordinis prædica-
torum gaudeant Magistri & Generales, alio-
rum mendicantium : & priuilegiis concessis
pro